

EXAMEN VARIARUM LECTIONUM,  
QUAS AD TEXTUM JESAIÆ HEBRÆUM  
ALEXANDRINA VERSIO EXHIBET,

---

Cujus

PARTEM SECUNDAM,

CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

*Modeste sistunt*

JACOBUS BONSDORFF,

L. L. S. S. Docens.

Et

JOHANNES FABRITIUS,

Wiburgensis.

In AUDIT. MAJORI die // Decemb. MDCCLXXXVI.

h. a. m. s.

---

A B O Æ,

Typis FRENCKELLIANIS,



§. VII.

Verf. 29. Aliud liberioris Hebræorum stili specimen jam sistitur in diversitate personæ conspicuum, quam proinde aut linguæ prorsus inauditam aut saltem adeo non gratam Hebræis auribus habitam fuisse si quis postulet, is demum contra omnem poësin veterum reclamet. Est vero sententia : יבשו סמלים אשר הסתם : *pudescunt ob terebinthos, quas tanto ardore cupivistis ad adorandum, transitu facto a tertia ad secundam personam, adeo omnino facilis, ut minime detur ansa mutationis e versione, si qua videretur aliter paulo repræsentare.* In figenda autem personarum forma, quam anceps sit studium, versionibus fidere, vel ex hoc versu patet. Alex. & Syrus omnia hic obvia verba in tert. person. plur. transtulere. Chaldaeus contra in secunda. Hincne lubricum non foret, opis quid sumere velle ad infringendam primævi textus fidem pro qua codicum fere omnium manuscriptorum spondet consensus. Evanescet penitus ac irrita fiet superflua illa opera, pro יבשו substituendi יבשו in sec. pers., simulac usitatus Scriptoribus cogitetur mos transitum ab una ad aliam personam faciendi. Regnavit idem stilus in Hellade linguæ puritate olim florentissima, nam præter locum Eurip. Med. v. 1337. a Schultensio ad Job. X. 16 citatum: *υμφειδισα δε παρ αυδης τωδε και τενουα μαι τενουα*, illustrius adhuc e Græco Poetarum Principe Homero licebit adferre exemplum. Sic enim Παρφοδ. Ιλιάδος. II. v. 584 ubi Herois Patrocli virtutem Poeta descripturus tanta illius incenditur admiratione, ut transitu a 3 ad 2 pers. facto, ipsum Patroclum veluti alloquatur, verba audiunt.

ὡς δ' ἴσως Λυκίων Πατρῶν λέγει ἰσποκελευθε  
 εσσο καὶ Τρωῶν κεχολῶτο δε κη ἑταροιο  
 καὶ ε' εβαλε.

Idem ergo quod Homero tribuamus oportet jus, Jesajæ nostro, multo sublimiori derogemus? Quin autem elegantior & jucundior evadet transitus personæ a Propheta factus, non dubitamus. Postquam nimirum latiores de liberatione e captivitate Babylonica promissiones insperferit vates affectu exæstuans, mox ad minas revertitur refractariæ genti jactandas; nec tamen palam se statim declarat sed aliquanto occultius in tertia persona, dein vero noster proxime ad Israeliticam turbam dirigens orationem, ore ruit profundo, gravi. Eundem in modum Elihu Jobum alloquitur, primo indirecte in tert. pers., dein apertius in secunda. Cap. Job. XXXIV. 17. Atque haud ineptum censebitur, dictum Numer. XX. 24. addere, pro demonstranda diversitate personarum (Enallagen vocant Gramatici.) ac ejusdem elegantia indicanda. Mosen & Aronem allocuturus Jehova, incipit in tert. pers. singul. de Arone: *וְאַרֹן אֵלֶיךָ יָבֹאוּ* *Congregabitur Aron ad populum suum, et enim non intrabit terram Canaanis promissam filiis Israelitarum;* Jam vero in secunda pers. ad ambos tam Mosen quam Aronem enunciat: *וְאַתֶּם מֹשֶׁה וְאַרֹן* *propterea quod vos o Mose & Aron rebellastis contra me &c.* Multa coëgit exempla similis syntaxeos, Sal. Glasius in Philol. S. Edit. Dath. Tom. I. Cap. de Verbo Canon. XLVIII. not. 5. & Appendic. Obs. XVI. quem nolumus exscribere.

### §. VIII.

Cap. II. v. 6. Licet haud multo aliter ac in impressis exstat codic. legisse videatur Alexandrinus, verba:

ba: מלכו מקדם vertens: *ενεπληθη ὡς το απ αεχνης*, tamen, ut constet utrum veram scripturam textus servaverit, an secus, accurato scrutinio vexatissimus hic locus meretur subjici. Sensus quidem quem expressit nominatus interpret, minus ad præsens valebit, ubi plus in recessu habere debet oratio. Eo enim occupatus est Propheta negotio, ut vanam, cui tanto cum nisu sub floridissimo Republicæ statu semet adstrinxerat populus Judaicus, idololatriam cum impio contemptu veri numinis semper conjunctam, reprehendat. Huc sane totus versic. spectat, huc pertinet allata dictio pariter ac sequens: ועוננים כפושתיים *Et auguribus ut Philistæi scil. מלאו impleti*, dediti sunt. Ambas has phrasas connectit particula ׀ unanimi consensu veterum & recentiorum omnium, adeoque innuit, præcedens vocab. מקדם analogam sequenti עוננים habere vim; unde satis tutum desumitur argumentum contra notionem αεχνης ab Alexandrino τω קדם tributam. Recentiorum ergo omnes fere missam fecere antiqui Interpr. hujus explicandi methodum, aliamque scopo prophetæ aptiorem cogitarunt. In diversa vero uti solent, non potuerunt non abire, aliis cum Houbigantio textum præpropere corrigere amanti-bus, aliis e linguæ genio melius prudentiusque nostro saltim judicio, exponentibus. Celmo Koppio plane ar-risit Lowthiana conjectura מקדם מקסם *bariolis ex oriente* contra omnium codicum & versionum auctoritatem præscribens legendum, quam vero rejectaneam jure pronun-ciarunt alii. Jam dudum Vitringa in verbo מלאו mede-lam quæsit, eo modo ut in peculiari significato divi-nandi artis istud sumeretur, קדם porro de oriente, quemadmodum alibi frequentissime, valeret. De Syris

potius intelligit Cel. Dathe cum AbenEsra posterius vocabulum, in priori cum Vitringa consentiens. Sed quum aliquanto obscurior sit tum verbi ארץ singularis illa & inusitata notio, tum explicatio דרָא de Syria, ex occasione exempli cujusdam Jes. IX. II., consultius forte judicetur propriam ארץ דרָא indagasse familiam. In origine videtur signasse *quicquid ante sit, anteriorem partem* sive loci sive temporis sive cujuscunque rei & status unde universa Arabum derivata in hac radice ortum ducunt, cfr. Gol. Lex. hinc *oriens* respectu Palæstinæ dicta ארץ דרָא *quicquid ante Palæstinam*; inde quoque *Ventum orientalem*, ab oriente flantem denotare cœpit, & simili idearum associatione, *quicquid exitiale & triste fuerit*, quandoquidem ventum Or. seu Eurum adeo pestiferum esse ut occurrentem quemlibet facile interficiat, probent omnia Itineraria. Si itaque hunc usum premamus, haud erit dubium quin limpide fluant omnia: *Implent se vanitate aut quacunque exitiali tate* h. e. superstitione ab orientis populo oriunda, quasi dicas Orientalismo. Probavit quoque Michaelis sub nomine Orientis comprehendere Arabes, Syros, Babylonios Assyriosve, apud quos omnes imprimis invaluerat retro inde temporibus idolorum cultus, quique eadem veluti lue alias gentes immo Judæam polluerant. Nonnihil quidem a nostra versione discrepat Ill. vir, nam imaginem ipsius venti retinendam satius duxit, in vers. sua german: *denn vom ostwinde sind sie voll*; propius autem ac orationis consilio aptius censemus, imaginem venti ad superstitionem exitialem transferre, perinde ac Job. XV. ג. ארץ דרָא ad acerba Jobi verba refertur; quo pacto apprime respondebit nomini ארץ דרָא *auguribus*.

In posteriori hemistichio ארץ דרָא ישראֵל major ap-

apparet varietas Alexandrini Interpr. καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλοφύλα ἐγενήθη αὐτοῖς, quibus verbis innixus magni omnino nominis Philologus Rev. Lowth. imaginem quidem adulterii ad abhorrendum idolorum cultum pingendum, adhibuisse Jesaiam autumat, atque propterea masorethicam impugnando lectionem verbi פֶשׁוּ ל. פֶשׁוּ, aliam radicem פֶשׁוּ scilicet, substituendam docet. Substantivum פֶשׁוּ in Bibliis S. notat quicquid sponte e terra enatum fuerit vid. Jes. XXXVII. 30. in Græc. vers. αὐτομάτα, unde ingeniole ad scortationem quæ ordinaria quasi semente non consistit, metaphorica transfert locutione laudatus modo Vir, at vero sive ad hunc Alex. locum sive alium in Hebraismo Biblico, vix accommodate. Monuit jam Cel. Koppe, Græcum idem omnino legisse, quamquam aliter interpretatus sit. Etenim vocabulum πολλα quod Arabs כְּתִיבִי vertit, ac Syrus expressit cum מְרִיבִי & multiplicati sunt, aucti manifeste redolet Hebræam radicem פֶשׁוּ in Lexicis adjungere, crescere reddi solitam. (Cfr. Habac. II. 15. חַזַּק חַזַּק אֲנִי אֲנִי אֲנִי augens iram tuam). Eandem cogitandam præbet radicem, Lat. Vulg. Syri quidem & plurimos exterorum filios educarint. Vindicata sic textuali scriptione, videndum restat, quem potissimum sensum LXX. spectarint. Atque haud dubitari de eo potest, quod revera sub τέκνων ἀλλοφύλων intellexerint spurios ex adulterio pronatos filios, nam in parallelo Hof. V. 7. ipsa hæc imago adhibetur ut ulterior descriptio impietatis Judæorum vesanæ. בַּיְהוָה בָּגְדוּ כִּי כְנִיּוֹת זָרִים יָלְדוּ  
*perfidi fuerunt in Jehovaham ὅτι τέκνα ἀλλοτρίων ἐγενήθη αὐτοῖς  
 genuerunt alienos filios* illicito toro se invicem miscuerunt. Eodem collineat ῥησις v. 3. tritissim. הַזְנוּת עֲזָבוּ  
*νευσειν Ephraim, & v. 4. רַחַב וְזִנְיָו רַחַב* *astus amoris libidinosus.* Nemini vel tantillum Asiaticæ Poeseos dapes degustan-

stanti, allateque imagines etfi ab obscœnis rebus petita ob-  
 venient ineptæ quin potius pulcerrimæ; eamque ob rem  
 Græcus Alex. haud sine elegantiâ habebitur suam ador-  
 nasse versionem. At nullo modo huic loco adcommo-  
 dari potest, quia videlicet magis imagini, suo ingenio ef-  
 fictæ indulgisse nominatum Int. quam accurate Hebraum  
 genuinum sensum assecutum esse clarissime patet. Pro-  
 fluxit hic illius error inde, quod phraf. ילרי נברים im-  
 proprio sensu de filiis spuriiis sumserit, ad Judæos ipsos  
 denuo referens, quum tamen manifesto docente contex-  
 tu & parallelismo commode non nisi gentem, peregrin-  
 nam idololatricam denotare possit, siquidem respondet τω  
 פלשתים in priori membro. Attendatur ad scopum va-  
 tis Sacri præcipuum, moxque patebit, eo eum tendi ut  
 indicetur, gentem Judaicam non modo mutuatam fuisse  
 verum etiam amplexatam idolorum vanam religionem  
 ab exteris aliis, (Philistæam expresse Vates nominavit)  
 nationibus versus orientalem plagam, quæ immensa tunc  
 temporis scatebat hariolorum ac idololatrarum cohorte.  
 Veram itaque imaginem indagaturis, juvabit maximope-  
 re Schultensio duce Arabismi salutare adyta, in verbo  
 שפן l. שפן definiendo multum opis pollicitura. Deno-  
 tat ista radix propria sua vi *complodere manu* unde pronò  
 veluti alveo manavit *gaudendi* significatus, ac *letitiæ* quæ  
 manuum complensione maxime se exserit. Quod si hæc  
 teneatur vis, enascetur sensus quem Ill. Michaelis & Sve-  
 cus Rec. rite expressit *præ gaudio complodunt manibus l.*  
*plausum dant filiis alienigenarum* h. e. idololatrarum.  
 Præterea quod ad ילרי נברים attinet, non videtur in pri-  
 ori vocabulo argutandum quinam filii indicentur. Ill.  
 Michaelis, & Koppe eleganter de ministris idololatricis  
*söhne fremder götter, gözendniener* opposite ad בני יהוה  
*Jehovæ veri Numinis ministros, filios.* Interea tamen si  
 ali-



aliquanto exactius consideraveris orientis stilum, idem forte valebit ילרי in constructione cum aliis vocabulis, ac nomina בן, בת, ארש, ceteraque, lapidissime ad periphrasim tantum adhibita. Quid familiarius Hebraeis scriptoribus, formula בני ארם pro ארם; בני ישראל ad Israelitas, בני קדם ad orientales gentes designandas? Quid apud Homerum tritius quam *ὄες ἀχαιῶν* pro ἀχαιοί? Poterit ne ergo simili periphrasi nomen ילרי inservire, adeo ut in constructione cum בנים simplicem hujus non augeat vel permutet significatum sed pro linguae usu veluti induat? Saltem vere synonymum vocab. est בני יר, atque in aliis Scripturae locis occurrit, ubi propria sua non videtur gaudere posse notione e. g. Jes. LVII. 4. פשע ילרי *peccati scelestissimi rebelles.*

§. IX.

Versum 10. Cap. II. manifesto sub errore cubare, gravis fuit a Rev. Lowth. lata sententia, simulac integrum membrum a LXX additum: *ὅταν ἀναστῆ θραύσαι τὴν γῆν* in textu hebraeo desiderari perspexit. Tantum ergo apud eum valuit graeci interpretis auctoritas, ut hunc sibi visum textus defectum, complemento quodam infarciendo tolleret; atque cum in omni dijudicanda causa, testes sint audiendi, ad Arabem unicumque msc. provocatum est. Consentientibus autem omnibus, nullum omnino Arabs perhibere potest testimonium nisi ubi a LXX virali versione discrepet, quod rarissime fit, nam verbotenus ex hac suam adornasse, in confesso est, tum quoque pro praesenti deprehenditur. Habet vero: ארם אלארץ *cum exsurget ad confringendam terram.* Neque codicis unici Msc. auctoritas valde erit proficua, tamen si perantiquus ille reputetur. Cantabrigensis est,

sub num. 96 a Kennicotto notatus ac ad XIV. Secl. relatus. Solusne certabit cum reliquorum omnium codicum agmine? Quid porro regerendum ceterorum veterum testium optimæ fidei? Rejicitur quippe totum additamentum græci Interpretis a Chald. Vulg. Syro. nec concipi potest qui factum fuerit, ut omitteretur si ab origine in textu adfuisset; quin probabilius evadet, græcum a vero aberrasse glossamque ex proprio arbitrio, non jubente textu aut contextu intulisse. Sane ut Ill. Michaelis de variis lectionibus judicat, ægrius e textu quidquam cadere, at facilius illi per errorem inferri posse concedunt omnes, confirmant exempla. Glossam *σταν αναση κ. τ. λ.* arripuit Alexandrinus a 19. & 21. versiculis, 10 huic vers. quoad multas voces consonis. Legitur ibi hebraice *בְּקִימֵי לַעֲרֵץ הָאָרֶץ*, non item in nostro requiretur. Ad errorem omnino proniora ac veluti rapidiora eorum sunt Criticorum in figenda lectione tentamina, qui similes aliquanto sibi que invicem parallelas orationes ejusdem Auctoris ita ad similitudinis exactitudinem revocare student, ut si qua animadvertatur discrepantia, mox eam corrigere cupiant atque adeo alterum ex altero textum effingere. Nonne ipsis Scriptoribus penes quos est arbitrium & jus & norma loquendi, integrum erit, sententias suas jam ad verbum repetere, jam levi cum mutatione aut revulsis aut additis aliis vocabulis. Hanc veniam hodiernis damus auctoribus, dabimus quoque Jesaia.

Vers. II. *עֵינֵי גְבוּהַת אָדָם שָׁפֵל oculi celsitudinis hominis superbiæ deprimentur humiliabuntur.* Liberior est hebraea syntaxis, si nostrarum linguarum usum spectemus, qui tamen cum Hebræorum ac orientalium ne confundatur, sedulo cavendum. Falso enim alias ex conjectura non ex analogia linguæ concluditur. Fert secum idioma  
Hebr.

Hebr. sermonis in construendis vocibus differentiam & numeri & generis. Quæ heic adest locutio ad illam pertinet classẽ quæ nomina Dual, num. Masc. gen. cum verbis sing. num. m. constructa continet. Vid Dissert. de differ. num. §. VII. Si qui ergo ר ex פלש verbo פלש apponere prægestiant, adeo ut פלש in Plurali legatur ad evitandum imaginarium quoddam sermonis vitium, hi profecto consuetudinem Hebr. stili rite tenuisse haud censendi sunt, multo minus felicem corrigendi textus navabunt operam, cum insuper quotquot examinati sunt cod. mutationi reclamant. Hæc etiamsi proprie Alexandrinum non tangentia, in transcurso monere necessarium duximus, antequam ipsius Græci Varietas depromatur. Scilicet supplevisse eum nom. יהוה inter צבוח & עיני apparet: *οὐ γὰρ οφθαλμοὶ Κυρίου υψηλοὶ ὁ δὲ ἀνθρώπος ταπεινός.* Ingenuè quidem fatendum est, sensum hinc oriturum non modo tolerandum sed sublimem ac elegantissimum, at si vera verborum facies ab ipso Auctore primitus data, obvenit dispicienda, præferatur oportet recepta Masorethica lectio Græcæ vers. Prohibet tum sententia sequenti analogæ: *oculi celsitudinis i. e. elati homines humiliabuntur & deprimentur mortalium fastus.* Propterea in punctis migrandis cum Ill. Michaelis sollicitum esse non opus, quasi צבוח עיני *oculi mei sunt elati, homo humilis legeretur, ut ad Jehovah referri possit.*

Vers. 12. Elegans cernitur accumulatio vocabulorum ad unam eandemque indicandam rem, majestatem sc. Jehovah extollendam, qua Ille deprimit ad humum usque omne ירה גבה *excelsum & fastuosum*, atque נשא *elatum*. Addidit adhuc Alexandrinus καὶ μετεωρον ac si in Hebr. נשא, quod harmoniæ membrorum accuratori intervire atque adsumi debere autumat Cel. Koppe. Sed præterquam

quod parallelismus verborum grammaticus non adeo exacte regnare videatur ubivis, omnium reliquorum testimonium veracitas, græcam evellit. Diversam de cetero ab omnibus & version: & Msc. conjecturam Ill. Michaelis hic non capit locum discutiendam.

Verf. 18. Qualis in v. 10 adfuit diversitas constructionis, hic etiam adnotetur. *האילים כלי ירח* *idola penitus l. instar holocausti transibit* l. e. transibant, peribunt; aliis quippe in linguis aliter Hebr. idiotifinus explicari nequit, quam similitudinem numeri adhibendo, prouti *LXX. χειροποιετα πικρα καταγουψαν*, ceterique omnes dederunt. Duritatem autem & anomaliam probra multi huic syntaxi Hebrææ objicientes, in corrigendam eandem pruritu quodam feruntur ita, ut *ירח* ad plural. formam *ירחים*, respondentem plur. *אילים* reducant. Verum quid hoc est aliud, quam ex suarum linguarum genio, Hebræam immo orientales omnes fingere. "Pluralem legunt versiones antiquæ consentiente cod. Regiom." dicitur; & sane sic explicare debuerunt antiqui, ideo tamen non in textu legerunt. Perinde ac suas quælibet gens habeat proprias leges suosve mores, linguæ sibi quoque peculiaris ac priva aliorum invite non intrudenda vindicabunt (a). Quem nisi Arabicæ linguæ imperitum latere potest, usitatissima Arabum ac maxime frequens libertas in promiscua numeri pariter ac generis syntaxi. Res acta ageretur si in præsentis negotio exempla producerentur copiose satis in Grammaticorum Libris congesta. Cfr. J. D. Michaelis Arab. Gramat. §. 55. (b) atque sæpius allatam Diss.

(a) Quem latent frequentissimæ dictiones, Latinorum Poetarum, *Turba ruunt*. Ovid Metam. III. 529. *quisque suos patimur manes*. pro patitur Æn. VI. 743.

(b) Pag. 145. Gramat. Arab. a. J. D. Michael. edit. "Die anomalien des Hebräisches textes in absicht auf genus und numerus könn-

Diff. de different. Brevissime adhuc in originem & significatum verbi  $\eta\lambda\eta$  inquirere, non erit frustraneus labor. Proprietas latet in continuata successione; hinc ad vices quaslibet vel mutationes successive quasi transeuntes, speciatim, vigorem revirescentem e. e. Job. XIV. 7. 14. vel hostilem impetum, quando a tergo succedens irruit hostis, transfertur. Forma  $\eta\lambda\eta$  3. sing. fut. Kal, a Doederl. exponitur: *transformabuntur*; melius forte ideam *transitus* aut *discessus* servabit. Haud ineleganter enim sumi poterit, allusionem factam esse ad  $\eta\lambda\eta$  quod interdum e. g. Pf. LI. 21. Deuter. XXXIII. 10. significat holocausta, sive id genus sacrificia quando hostiæ totæ cremabantur igne,  $\omega\lambdaοκαυτ\omega\nu\tau\omicron$ . Sin vero displiceat hoc, simpliciter reddatur  $\eta\lambda\eta$  penitus auferentur.

Verf. 20. Quid Alex. legerit, dum pro textuali  $\eta\lambda\eta$  *τοῖς ματαίοις*. substituerit, haud in promptu est. Nihil utique praesidii ex hac ambiguitate quaesivit ullus aut quæri potest pro migranda vulgari scriptione, qualitercunque tamen dissensus explicetur oportet. Atque adeo obscurus quidem est praesens locus, ut omnes antiquos summe inconstantes, recentiores non ultra proba-

E 3

bili-

---

net -- zum theil auch eben solche sprachregeln und wiederum zum theil solche sprach freyheiten und nachlässigkeiten seyn, als die Araber haben; und die um desto mehr, da das Hebräische so bald man nur die vocalen dayon absondert, dem Arabischen viel näher kommt als dem Syrischen. Es sieht doch fast als grobe unwissenheit der morgenländischen sprache aus, wenn der Criticus hier sogleich corrigit. (c) Exemplum similis vitii in vulgari distinctione commissi suppeditat Pf. XLVIII. 15. ubi vulgarem lectionem  $\eta\lambda\eta$  solus Syrus prodit, quum e contrario continue scriptum  $\eta\lambda\eta$  in *juventate*: in saeculum non modo Codices 70. Kenicott. Editiones vetusta plures, verum quoque ex antiquis LXX. Chald. Vulg. Arabs. Aqu. kimchius e Rabbinis, praferant. Cfr. Bern. de Rossi Specim. Var. Lect. S. sext. p. 60. seq.

bilitatem eVectos cernas. Id tantum extra dubitationis aleam positum faniores plerique judicarunt, quod conjungantur ambæ voces להפּר פרות in Bibliis impressis æque ac in Masora seJunctæ (c). לחפר פרות continua scriptura exhibent Msc.; pro unica sumserunt ex RabbiniS Jarchi שלפּש exponens, Chald. Paraph. similiter Capellus in Crit. S. p. 341. atque antiquorum plurimi quamquam obscurius interpretati. Syrus cum LXX. conspirat. למיקותא *vanitibus* Arabs autem præter morem recedit ומין אִישׁבָחָה & ex phantasmatis nocturnis. Vulg. *Vespertiones*. Horum omnes, textum non uti bene perspexerint, sed ut augurabantur, expressisse patet. Recentiores eadem premittunt caligo. A luce forte sua non destituitur hypothesis Ill. Michaelis, indicari scilicet foveas, cavernas profundiores in quas idololatræ fugientes idola sua conjecerint. Spectabit huc aliquo modo vocis origo, nam חפר frequentativum est verbum & summum significationis gradum secum adferens, *fodere profundius*.

Verf. 22. Totus deest in Alexandrina versione, ac plerisque Arab. verf. Msc. sed male omnino, nam in Syro, Chaldæo, Vulg. & Msc. Hebr. codicibus omnium consensu legitur.

§. X.

Cap. III. v. 6. Quantum semet nonnulli torserint in hoc verf. Critici, vix dici potest; ubi enim concisior regnaverit Hebræus stilus, quem translatoreS alio sermone imitari nequeunt, fervent sæpe ut ex conjectura castigent. Fuit hæc Houbigantii methodus, cui impensus alii suum addunt calculum. Crisin ergo Recentiorum non effugere potuit integrum membrum: כִּי יִתְפַּשׂ אִישׁ בְּאָרְצוֹ בית אביו שמלה לכח, quippe quia magis rotunde veluti, expresserit Græcus: ὅτι ἐπιληψεται ἀνδραποS τS ἀδελφS αὐ-

*τὴ ἢ τὴ οὐκ εἰς τὴ πατρὸς αὐτῆ λέγων, ἱματιὸν ἐχεις.* Verba  
*ἢ τὴ οὐκ εἰς* aliter quidem, scilicet *καὶ τὴ πλησίον* citasse Hie-  
 ronymum & Basilium, observat Cel. Stroth in Beyträge  
 zu Crit. LXX. Repert. sed e memoria factam esse allega-  
 tionem aut e vers. 5. vocab. *πλησίον* aberrantis festinatione  
 calami attentionisve arreptum cuilibet patet, atque adeo  
 in omn. cod. LXX. recte legitur *ἢ τὴ οὐκ*. Prodit autem  
 periphrasis hæcce, Alexandrinum Int. particula quadam &  
 ὃ præf. explevisse sensum. Posterius quidem in versione  
 rite factum, an vero propterea in cod. Hebræo ὃ ab ini-  
 tio adfuerit, valde dubitandum. Quantumvis enim ple-  
 nior ac familiarior structura orationis cum ὃ vel alia præ-  
 posit. fuisset, tamen omnino potuit amplitudo linguæ hebrææ  
 dum vernacula erat, admittere liberiores, inolentiores  
 & a vulgari discrepantem verborum ordinem, prouti re  
 vera exempla docent, præpositiones jam ellipsin pati, jam  
 quoque *εμφατικῶς καὶ περιφραστικῶς* redundare. Cfr Instit.  
 Schrœderi, pag. 84. & 12. p. Append. Atque haud insuetum  
 fuisse, litteras præfixas omittere, probatum nonnullis ex-  
 emplis dedimus §. VI. ad v. 20. Cap. I. quibus insuper  
 alia tum e S. Codice, tum aliis depromta linguis adde-  
 mus. Hebræum quod attingat sermonem, ea cernitur  
 constans ejus analogia, qua & nomina & pronomina &  
 verba, participia denique & adverbia invicem constru-  
 untur vel ope præpositionum vel etiam iisdem per el-  
 lipsin omisiss. Conferantur apud Schrœderum Append.  
 Instit. L. H. regul. 71. 76. 69. 41. not. f. 92 not. β atque  
 94. quo fiet, ut mox diluantur exemplorum veluti nu-  
 be, multæ injustæ querelæ de vitio hujus vel illius loci  
 agitæ. Non inepte itaque putetur in locutione בית אביו  
 suppressam esse præfix. litteram ὃ *in domo patris sui*. h.  
 e. domi; quin etiam ipsam nominalem formam hoc pa-  
 cto usum induere adverbialem. Cur nempe eodem non  
mo-

modo *quasi*. בית אביו explicetur ac apud Latinos Scriptores *domi* dicitur pro *in domo*. Frequenter Hebræi usurpant locutiones בוא בית אביו & בוא שוב omissa nota accus. Latiali sermone valentes: *redire, ingredi domum*. Referemus adhuc Arabum scriinia, ut conformitas eorum linguæ cum Hebræa syntaxi quodammodo pateat. Teritur creberrimo usu dictio: כל יום kul jaum *quotidie* quæ supponit ב præfixum, quasi כל יום, Similiter Koran Sur. XI. לא עצאם אליים מן אמר אללה non liberatio hodie (quasi ביליאם biljaum subintellecto) a præcepto Dei. Nec Græcis insolita fuit præpositionis *en* ommissio. Testatur id phrasim apud Zosim. Hist. L. III. ὡσε τη Φυγη pro *en τη Φυγη*, ελεφαντας κατασφαγησαι & Thucyd. Lib. II. Αταλαντη pro *en Αταν*. prout citantur in L. Vigeri de Idiotism. Gr. Dict. pag. 590. Testantur idem locut. sæpius in N. T. obvia. τη ημερα, τη νυκτι, pro *en τη ημερα, en τη νυκτι*. (d) Quod si igitur in Arab. in Græco idiomate, atque hebræo communi usu, tolerata sit ellipsis (quam dicunt) præpositionum, quidni præsentis in loco idem obtinebit? Modo ad verbum יתפש referatur בית אביו limpidissimus exorietur sensus: *alter alterum domi prehendet* dicitque &c. (frater fratrem domi prehensum quasi manu, alloquetur); juxta atque facile erit, & crimen tautologiæ cui LXX. cum Syro. Vulg. Chald. obnoxios videmus, evitare, & conjecturam criticam Rev. Lowthi, integram vocem שרר inferentis, missam facere. In ultimis porro vocabulis לכח vestis tibi t. e. suppetit, duplici modo concinnitati ac brevitati consuluit S. Scriptor. Ante שכלה nimirum suppleatur in sensu dicit Alex. λεγων. & sub לכח quod a לך & ה paragog. ortum, intelligatur verbum substantivum.

(d) Fuisse Ellipsin præpositionum in Latina lingua familiarem, multis demonstravit exemplis Cl. Jan. de Art. Poet. pag. 201. 208. Sic post verba passiva particulam *a* sæpe omittere moris erat. Horat. Art. P. 371. Absit virtute disertæ Messalæ. pro a virtute.